



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

VIII. Ablaßbrief für das Kloster Bernstein vom Bischofe Conrad von Lebus,
vom 4. November 1290.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

Datum et actum in villa Golyn, anno domini M^o. ducentesimo nonagesimo, Ipso die beati Benedicti abbatis.

Aus der v. Dreger'schen Abschrift des Originales.

VIII. Ablassbrief für das Kloster Bernstein vom Bischofe Conrad von Lebus, vom 4. November 1290.

Conradus, miseratione diuina episcopus Lubucensis ecclesie, Vniuersis Cristi fidelibus presentem litteram inspecturis, Salutem in vero salutari. Sanctorum meritis inclita gaudia Cristi fideles minime assequi dubitamus, qui per condigne deuocionis obsequia cum venerantur in illis, quorum ipse gloria et corona est et retributio meritorum. Ad promerenda igitur sempiterna gaudia Cristi fideles quibusdam muneribus allectiuis, indulgentiis videlicet et remissionibus inuitamus, vt ex eis propensius diuine gratie reddantur aptiores, quo se magis dono celestis gratie senserint esse resectos. Cupientes igitur, vt noua plantatio ecclesie in Berenstene sanctimonialium, Caminenfis dyocesis, cisterciensis ordinis, dignis frequentetur honoribus, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui dictam nouellam plantationem in festis subscriptis, videlicet in die Pasche, Penthecostes et in festiuitate ascensionis domini, in die commemorationis corporis Cristi ac in quatuor festiuitatibus beate Marie virginis gloriose, nec non sancte crucis, cena domini et per octauas earundem et in diebus sanctorum, quorum reliquie in iam sepe dicta ecclesia continentur, causa deuocionis pia mente uisitaerint quique etiam ad releuandas inopias predictarum sanctimonialium pro sustentatione earum manus porrexerint adiutrices, quadraginta dies de iniuncta eis penitentia misericorditer in domino relaxamus, si ad id consensus dyocesani accesserit et voluntas, Presentibus quam diu eidem placuerit ualituris, quas sine ipsius ratihabitione irritas decernimus et inanes. Datum Goricie, proximo sabbato post festum omnium sanctorum, anno domini M. CC. nonagesimo.

Nach v. Dreger's Abschrift des Originales.

IX. Bischof Jaromar von Camin bestätigt die Stiftung des Klosters Bernstein und diesem das Patronat über die Pfarrkirche, so wie den Wohlthätern des Klosters die erteilten Ablasszusicherungen, am 26. November 1290.

Jaromarus, Dei gratia Caminenfis ecclesie confirmatus, vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in domino Jhesu Cristo. Cum ex officii nostri debito cultum diuini nominis augmentare teneamur et uelimus et specialiter sanctimonialibus adesse propicio fa-